Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mel

131

aut ego daniel solus visionem. Porro viri q̃ erant mecum non
viderunt sed terror nimis irruit super eos et fugerunt in absconditum
ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc et non remansit
in me fortitudo. Si et species mea immutata est in me et emarcui nec
habui quidquam virium Et audivi vocem sermonum eorum et audiens eam
eram consternatus super faciem meam multumque meus hebetatus et ecce
manus tetigit me et erexit me super genua mea et super
articulos manuum mearum et dixit ad me, Daniel vir desideriorum
intelligere verba q̃ ego loquor ad te. et sta in gradu tuo Nunc enim
missus sum ad te. Cumque dixisset hunc sermonem istum steti tremens
et ait ad me. Noli timere daniel. quia ex die primo quo posuisti
cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui exau
dita sunt verba tua et ego venio propter sermones tuos. princeps
autem regni persarum restitit mihi viginti et uno diebus Et ecce
michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum. et
ego remansi ibi iuxta regem persarum. Venio autem ut doceam te
q̃ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus quia visio adhuc
in dies. Cumque loquerer mihi in hunc modum vultum meum
ad terram et tacui Et ecce q̃si similitudo filii hominis tetigit labia mea
et aperiens os meum loquebar coram illo qui stabat contra me.
Domine mihi in visione tua dissoluti sunt compages meae. et nihil
in me remansit virium. et quomodo potest servus domini mei loquere cum
domino meo. Nihil enim in me remansit virium sed et halitus meus
intercludebatur. Rursum ergo tetigit me quasi visio homo. et confortavit
me et dixit. Noli timere vir desideriorum pax tibi Confortare
et esto robustus Cumque loquitur mecum convalui et dixi loquere
domine mihi quia confortasti me. Et ait. Nunquid scis quare venerim
ad te. et nunc revertar ut pugnem adversus principem persarum Cum ergo egredior apparebit princeps graecorum veniens
veritatem annunciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis
et nemo est adiutor meus in his omnibus nisi michael princeps vr

VI.

Ego autem ab anno primo darii
stabam. ut confortarer et roboraretur et nunc
veritatem annunciabo tibi Ecce adhuc tres reges stabunt in persia